BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 277r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

iucunditas. et ad horam fluminis ante
omne fenum evelletur. Gratia sicut
paradysus in benedictionibus. et misericordia in
seculo permanet. Vita sibi sufficientis
operarii condulcabitur. et in ea invenies the
saurum. Filii edificatio civitatis confir
mabit nomen. super hanc mulier imma
culata computabitur. Vinum et musica
letificant cor. et super utraque dilectio
sapientie. Tybie et psalterium suavem
faciunt melodiam. et super utraque lin
gua suavis. Gratiam et speciem desiderabit
oculus tuus. et super hec virides sationes.
Amicus et sodalis in tempore convenientes. et
super utrosque mulier cum viro. Fratres in
adiutorium in tempore tribulationis. et su
per eos custodia misericordia liberabit. Aurum
et argentum constitutio pedum. et super
utrumque consilium beneplacitum. Facul
tates et virtutes exaltant cor. et super hec
timor domini. Non est in timore
domini minoratio. et non est in eo in
quirere adiutorium. Timor domini
sicut paradysus benedictionis. et super om
nem gloriam operuerunt illum. Fili
in tempore vite tue ne indigeas. Melius
est enim mori quam indigere. Vir respi
ciens in mensam alienam non est vi
ta eius in cogitatione victus. Alit
enim animam suam cibis alienis. Vir
autem disciplinatus et eruditus custo
diet se. In ore imprudentis condulcabitur
inopia. et in ventre eius ignis ardebit.

O mors quam XLI.
amara est memoria tua ho
mini iniusto. et pacem haben
ti in substantiis suis. Viro quieto. et
cuius vie directe sunt in omnibus. et
adhuc valenti accipere cibum. O mors
bonum est iudicium tuum homini in
digenti. et qui minoratur viribus defec
to etate. et cui de omnibus cura est. et in
credibili qui perdit sapientiam. Noli me
tuere iudicium mortis. Memento
que ante te fuerunt. et que supervenient

sunt tibi. Hoc iudicium a domino omni
carni. et que superveniet tibi in bene
placito altissimi. Sive decem sive
centum sive mille anni. Non est enim
in inferno accusatio vite. Filii abhomina
tionum fiunt filii peccatorum. et qui conversan
tur secus domos impiorum. Filiorum pec
catorum periet hereditas. et cum semine
eorum assiduitas obprobrii. De patre
impio queruntur filii. quoniam propter illum
sunt in obprobrio. Ve vobis viri im
pii. qui dereliquistis legem domini al
tissimi. et si nati fueritis in maledictione
nascemini. et si mortui fueritis in ma
ledictione erit pars vestra. Omnia
que de terra sunt in terram convertentur.
sic impii a maledicto in perditionem.
Luctus hominum in corpore ipsorum.
nomen autem impiorum delebitur. Curam
habe de bono nomine. hoc enim ma
gis permanebit tibi quam mille
thesauri magni et preciosi. Bone vite
numerus dierum. bonum autem nomen
permanebit in evo. Disciplinam
in pace conservate filii. Sapientia enim
abscondita et thesaurus occultus. que
utilitas in utrisque. Melior est homo
qui abscondit stulticiam suam. quam
homo qui abscondit sapientiam suam.
Verumtamen reveremini in his que
procedunt de ore meo. Non est enim
bonum omnem reverentiam obser
vare. et non omnia omnibus bene
placent in fide. Erubescite a patre
et matre de fornicatione. et a presiden
te et a potente de mendatio. a prin
cipe et a iudice de delicto. a synago
ga et plebe de iniquitate. a socio et
amico de iniustitia. de loco in quo ha
bitas de furto. de veritate dei et testa
mento. de discubitu in panibus. et de
obfuscatione dati et accepti. a salu
tantibus de silentio. a respectu mulie
ris fornicarie. et ab aversione vultus
cognati. ne avertas faciem a proximo